

## **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ  
Theologiæ

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

2 Vtrum consilium sit de fine, vel solum de ijs, quę sunt ad finem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](#)

QV AEST. X I I I .

te uoluntas a toto genere eligibilium libera est; ad nullumque necessario inclinata: sed fuit author primis duobus argumentis libertatem eligen-  
di quo ad exercitium actus impugnauit; ita  
hoc tertio argumento libertatem quoad  
specificationem actus, impugnauit; & propter  
ea ex parte obiectu-  
ti eligibilis solutio-  
nem formaliter de-  
dit; ut fui moris est.

¶ Super quest. decima-  
quarta articulū pri-  
mum.

**I**N q.14 nihil occurrit scribendum ut que ad 5.ar nisi redire attenos lectores, ut in primo articulo meminimus, quod consilium significat inquisitionem completam, id est, usq; ad iudicium inclusum. Non enim ipsa inquisitione abfcit iudicio, consilium est, nisi in qua ratione ut manifeste patet ex responsione ad secundum & tertium, & ex usu loquendi.

*q Super*

**D**E N D E considerandum est de consilio.  
E T C I R C A hoc queruntur sex.  
¶ Primo, Vtrum consilium sit inquisitio.  
¶ Secundo, Vtrum consilium sit de fine, vel solum  
de his quæ sunt a fine.  
¶ Tertiò, Vtrum consilium sit solum de his, quæ a  
nobis aguntur.  
¶ Quartò, Vtrum consilium sit de omnibus, quæ a  
nobis aguntur.  
¶ Quintò, Vtrum consilium procedat ordine reso-  
lutorio.  
¶ Sexto, Vtrum consilium procedat in infinitum.

**ARTICVLVS PRIMVS.**

Vtrum consilium sit inquisitio

**A**D PRIMVM sic procedit. Videtur , quòd consilium non sit inquisitio. Dicit enim \*Dama. p. 2. q. 49. ar. 5. cor. Et 3. dñi. 35. q. 2. q. 1. cor. Lib. 2. Ordo. fidei. c. 22. ¶ 2 Præter. Inquirere, intellectus discurrentis est, & sic Deo non cōenit, cuius cognitio non est discursiva, ut in primo\* habitum est: sed consilium Deo attribuitur. dicitur. n. ad Ephes. i. quòd operatur omnia secundum consilium voluntatis suæ. ergo consilium non est inquisitio.

**P**. p. q. 14. ar. tig. 7.

**¶ 3** Præter. Inquisitio est de rebus dubiis, sed consilium datur de his qnq̄ sunt circa bona certa , secundum illud Apostol. ad Corinth. 7. De virginib. aut præceptum Domini non habeo , consilium autem do. ergo consilium non est inquisitio.

**S**ED CONTRA est, quod \*Greg. Nyssen. dicit: Omne quidem consilium, quæstio est: non autem omnis quæstio, consilium.

ARTIC. I. ET II.

**R E S P O N D E O.** Dicendum, q̄ electio, sicut<sup>\*</sup> di-  
ctum est, consequitur iudicium rōnis de rebus agen-  
dis: in reb. autem agenda multa incertitudo inue-  
nitur, q̄ actiones sunt circa singularia contingēta,  
q̄ pp̄ sui variabilitatem incerta sunt. In reb. autem  
dubiis & incertis rō non profert iudicium absq; in-  
quisitione praecedente: & ideo necessaria est inquisi-  
tio rōnis ante iudicium de eligendis: & hec inquisi-  
tio consilii uocatur: pp̄ quod Philoſophus dicit in  
3.\* Erich. quod electio est appetitus praeconſiliati.  
Cap. 3. de  
Engag.

AD PRIMVM ergo dicimus, q̄ qn̄ actus durari potentiarum adiunicem ordinantur, in utroque est aliquid, quod d̄ est alterius potentia, & iō uterque actus, ab utraque potentia dominari potest. Manifestum est autem, q̄ actus rōnis dirigentis in his que sunt ad finem, & actus uoluntatis, secundūm regimē rōnis in ea tendentis, ad scinuicem ordinantur: unde & in actu uoluntatis, quā est electio, appetit aliquid rōnis. l'ordo, & in consilio quod est actus rōnis, appetit aliquid noluntatis, sicut materia, quia consilium est de his, quā homo uult facere, & est sicut motiuum. quia ex hoc q̄ homo uult finem, mouetur ad consiliandum de his que sunt ad finē, & ideo Philosofus dicit in 6.\* Ethī. quod electio est intellectus appetitiūs, ut ad electionem utrumque concurrere ostendat: ita\* Dama. dicit, q̄ consilium est appetitus inquisitiūs, ut consilium aliquo modo pertinere ostendat & ad uoluntatem, circa quam & ex qua sit inquisitio, & ad rationem inquirentem.

— AD SECUNDVM Dicēdum, q̄ ea quæ dicuntur de Deo, accipiēda sunt absque omni defectu, qui inuenitur in nobis: sicut in nobis scientia est conclusio num per discursum a causis in effectus. Sed scientia dicta de Deo significat certitudinem de omnibus effectibus in prima causa absque omni discursu, & similiter consilium attribuitur Deo, quātum ad certitudinem sententiae vel iudicij, quæ in nobis prouenit ex inquisitione consilii: sed huiusmodi inquisitio in Deo locum non habet: & ideo consilium p̄m hoc, Deo non attribuit, & p̄m hoc \* Dama. dicit, q̄ Deus nō consiliatur. Ignorantius enim est consiliari

**A D T E R T I U M** Dicendum, quod nihil prohibet aliqua esse certissima bona, fm sententia sapientum & spiritualium virorum, que tamen non sunt certa bona, secundum sententiam plurim, vel carnalium hominum, & iō de talibus consilia dantur.

ARTICVLVS LI-

*Vtrum consilium sit de fine, uel solum de his, quæ sunt ad finem.*

**A**D SECUNDVM sic proceditur. Videtur, quod consilium non solum sit de his quae sunt ad finem, sed etiam de fine. Quaecunque enim dubitatio nem habet, de his potest inquiri: sed circa operabilia humana contingit esse dubitationem de fine, & non solum de his quae sunt ad finem. Cum igitur inquisitio circa operabilia sit consilium, uidetur quod consilium possit esse de fine.

**P**2 Pr̄et. Materia consilii sunt operationes humanae; sed quādam operationes humanae sunt fines, ut dī in primo. Ethic. ergo cōsilium potest esse de fine.

**Si** *contra* est, quod\* Gregor. Nyssenus dicit,  
quod non define, sed de his quae sunt ad finem, est  
consilium.

**RESPO.** Dicēdū, q̄ finis in opabilibus hēt rōnē  
principij se trahit.

principii, co rationes corum, quæ sunt ad finem,  
ex

*Li. 5. c. 5.  
ca prae-  
sum, q. 4.  
Cap. 3. di-  
finem, tu-  
li. 2. Ordo  
fidei, ca-*

**E**x fine sumuntur. Principium autem non cadit sub quod. sed principia oportet supponere in iudicione unde cum consilium sit quod, de fine non est consilium, sed solum de his, que sunt ad finem: tunc continet id, quod est finis, respectu quorundam ordinari ad aliud finem: sicut et id quod est principium unius demonstrationis, est conclusio alterius. Et ita id, quod accipitur ut finis in una iudicione, potest accipi ut ad finem in alia iudicione: & sic de eo erit consilium.

**A**D PRIMVM ergo dicendum, quod id, quod accipitur ut finis, est iam determinatum. unde quando haec habetur ut dubium, non habetur ut finis: & ideo si de eo consilium haberetur, non erit consilium de fine: sed de eo quod est ad finem.

**A**D SECUNDVM Dicendum, quod de operationibus est consilium, in quantum ordinantur ad aliquem finem. Vnde si aliqua operatio humana sit finis, de ea, in quantum huiusmodi, non est consilium.

## ARTICVLVS III.

*Vtrum consilium sit solum de his, que a nobis aguntur.*

**A**D TERTIVM sic proceditur. Videtur, quod consilium non sit solum de his quae aguntur a nobis. *C*onsilium non collationem quandam importat: sed collatio inter multos potest fieri ex rebus immobileibus, que non sunt a nobis, puta, de naturis rerum. ergo consilium non solum est de his, quae aguntur a nobis.

**P**raet. Homines interdum consilia querunt de his, quae sunt lege statuta, unde & iuris consulti dicuntur: & tamen eorum qui querunt huiusmodi consilium, non est leges sacre, ergo consilium non solum est de his, quae a nobis aguntur.

**P**raet. Dicunt enim quidam consultationes facere de futuris eventibus quae non sunt in potestate nostra: ergo consilium non solum est de his, quae a nobis sunt.

**P**raet. Si consilium esset solum de his, quae a nobis sunt, nullus consiliaretur de his, quae sunt per alium agenda: sed hoc patet esse falsum: ergo consilium non solum est de his, quae sunt.

**S**ED CONTRA est, quod Gregorius Nyssenus dicit. Consilium de his, quae sunt in nobis, & per nos fieri possunt.

**R**ESPON. Dicendum, quod consilium propriate importat collationem inter plures habitam, quod & ipsius nomen designat. *D*einde consilium, quasi consilium, eo quod multi confident ad simul conferendum. Est autem considerandum, quod in particularibus contingentibus ad hoc quod aliquid certum cognoscatur, plures conditio-nes, seu circumstantias considerare oportet, quas ab uno non facile est considerari, sed a pluribus certius percipiuntur, dum quod unus considerat, alii non occurrit. In necessariis autem, & universaliibus, est absolutior, & simplicior consideratio, ita quod magis ad hanc considerationem unus per se sufficere potest. Et ita inquisitio consilii proprius pertinet ad contingentia singularia, cognitio autem ueritatis in talibus, non habet aliquid magnum, ut per se sit appetibilis, sicut cognitione universalium & necessariorum: sed appetitur secundum quod est utilis ad operationem, quae actiones sunt circa continentia singularia. Et ideo dicendum est, quod proprium consilium est circa ea, quae aguntur a nobis.

**A**D PRIMVM ergo dicendum, quod consilium importat collationem, non quamcumque, sed collationem de rebus agendis, ratione iam dicta.

**A**D SECUNDUM dicendum, quod id, quod est legem possum, qui non sit ex operatione presentis consilii, tamen est directuum eius ad operandum, quia ista

*Li. 5. c. 5.  
2. corp. & 3.  
d. 1. 55. q. 2.  
2. 4. q. 1. co-  
3. Ethic.  
l. 7.*

**A**est una ratio aliquid operandi mandatum legis.

**A**D TERTIVM dicendum, quod consilium non solum est de his quae aguntur, sed de his quae ordinantur ad operationes: & propter hoc consultatio dicitur fieri de futuris eventibus, in quantum homo per futuros eventus cognitos dirigitur ad aliquid faciendum, vel vitandum.

**A**D QVARTVM dicendum, quod de aliorum factis consilium querimus, in quantum sunt quodammodo unum nobiscum, vel per unionem affectus, sicut amicus sollicitus est de his, quae ad amicum spectant, sicut de suis: vel per modum instrumenti. Nam agitur principale, & instrumentale, sunt quasi vina causa, cum vnum agat per alterum: & sic dominus consiliatur de his quae sunt agenda per seruum.

## ARTICVLVS IV.

*Vtrum consilium sit de omnibus, que a nobis aguntur.*

**A**D QVARTVM sic proceditur. Videtur, quod consilium sit de omnibus, quae sunt per nos agenda. Electio enim est appetitus praconsiliatus ut dictum est: \* sed electio est de omnibus, quae per nos aguntur: ergo & consilium.

**P**raet. Consilium importat inquisitionem rationis: sed in omnibus, quae non per impetum passionis agimus, procedimus ex inquisitione rationis: ergo de omnibus, quae aguntur a nobis, est consilium.

**P**raet. Philosophus dicit in 3. \*Ethic. quod si plura aliquid fieri potest, consilio inquiritur, per quod faciliter & optime fiat: si autem per unum, qualiter per illud fiat: sed omne quod fit, fit per unum, vel per multa: ergo de omnibus, quae sunt a nobis, est consilium.

**S**ED CONTRA est quod Gregorius Nyssenus dicit, quod de his, quae secundum disciplinam, vel armatum sunt, operibus, non est consilium.

**R**ESPON. Dicendum, quod consilium est inquisitio quaedam, ut dictum est. De illis autem inquirere sollemus, quae in dubiis veniunt: unde & ratio inquisitio, quae dicitur argumentum, est rei dubiae faciens fidem. Quod autem aliquid in operabilibus humanis non sit dubitabile, ex duobus contingit. Vno modo, quia per determinatas vias proceditur ad determinatas fines, sicut contingit in artibus, quae habent certas vias operandi: sicut scriptor non consiliatur quomodo debet trahere literas, hoc non determinatum est per artem. Alio modo, quia non multum refert utrum sic, vel siccias: & ista sunt minima, quae parum adiungunt, vel impedit respectu finis consequendi. Quod autem parum est, quasi nihil accipit ratio: & ideo de duabus non consiliamus, quanvis ordinentur ad finem, ut \*Philosophus dicit, scilicet, de rebus partuis, & de his quae sunt determinatae qualiter fieri debet, sicut est in operationibus artium, praeter quasdam coniecturales, ut \*Gregorius Nyssenus dicit, utputa, medicinalis, negotiatiua, & huiusmodi.

**A**D PRIMVM ergo dicendum, quod electio presupponit consilium ratione iudicij, vel sententiae. Vnde quando iudicium, vel sententia manifesta est absque inquisitione, non requiritur consilium inquisitio.

**A**D II. dicendum, quod ratio in rebus manifestis non ingreditur, sed statim iudicat: & ideo non oportet in omnibus, quae ratione aguntur, esse inquisitionem consilij.

**A**D III. dicendum, quod quando aliquid per unum potest fieri, sed diversis modis, potest dubitationem habere, sicut & quando fit per plura: & ideo opus est consilio. Sed quando determinatur non solum res, sed modus, tunc non est opus consilio.

*Prima Secunda S. Thomæ. E 2 Super*

*Et 3. dis. 35.  
q. 2. ar. 4. q. 1.  
cor. & Pal.  
19. & 3.  
Ethic. 7.  
Artic. 1.*

*Ca. 3. in me-  
dio, to. 5.*

*Art. 1. huic  
qnæst.,*

*Li. 3. Eth. 6.  
2. to. 5.*

*Li. 5. cap. 5.*